

purum quod seruetur ad vsum, & hoc vtatur. Quo ad medicinalia bis in anno purgabitur in Vere & Autumno. R. Elect. lenitiui. ʒ. x. specierum hieræ. s. ʒ. ij. Misce cum zuccaro fiat bolus sumendus tribus horis ante prandium, deinde sumat hos syropos.

R. Syr. de cicorea Nicoli } añ. vnc. j.  
De bethonica }  
Aquæ boraginis vnc. iij.

Misce pro vno & sic pro septē, sumptis septem.

R. Pillularum aggregatiuar. ʒ. j. s.

Cum melle rosato fiant pillulæ. v. & deurentur sumat mane cum custodia. Sed prius sumptis duobus syropis fiat misio sanguinis ex vena communi dextri brachij ad vnc. viij. Facta purgatione, sumat per octo dies per horam ante prandium vnc. j. Zachari rosati. Pro præseruatione vellem vt intermedio tempore inter vnam & alteram purgationem sumeret ʒ. j. harum pillularum, per horam ante cœnam.

R. Aloes opt. } añ. ʒ. iij.  
Reubar. elec. }  
Agarici }  
Gariophilorum }  
Nucis muscatæ } añ. ʒ. s.  
Santalorum citrinorum }  
Rosarum rubearum }

Pulueriscentur omnia per se deinde misceantur & aspergantur succo rosarum puro & permittantur exiccari & ita iteretur septies, postea cum melle rosato fiat Magdaleoni de quo suo tempore fiant pillulæ pro singula drachma tres.

*Consultatio pro Veneto laborante dolore capitis ex consensu ab epate & ventriculo, ex Italico latinum factum. ad Consilium VII.*

**V**ictus ratio talis erit. Abstinebit à pastilibus lacticijs, caseo, leguminibus, à fructibus præcipuè vuis & pomis, à carne antiqua, bubula, suilla tam recenti quàm salita, auium palustrium vt anatum & anserū, à piscibus, qui in stagnis & paludibus degunt. Vinum sit clarum limpidum, bene maturum medium inter potens & pauciferum, colore album vel rubrum, mediocriter etiam bibat nec tamen inter prædium & cœnam. Exercitium mane fiat ante cibum. Ter vel quater in mense per horas tres ante prædium accipiat rhabarbari ʒ. s. vel ʒ. ij. & illud bene masticatum deglutiat. Interdum loco reubarb. sumere poterit ʒ. j. therebentinæ veræ quæ facillè Venetijs haberi potest: cum scrup. j. rhabar. puluerizati mixtam. & ita pro libito modo hoc, modo illud accipiat semel in septimana tribus horis ante prædiū. Pro confortando ventriculo accipiat ter vel quater in mense rotulam vnam Diatrionpipereon, tribus horis ante prandium.

R. Piperis albi } añ. ʒ. j.  
Nigri }  
Longi }  
Anisi }  
Thymi } añ. gran. iij.  
Zingiberis }

Zachari albi lib. s. pulueriscentur aromata per se & zacharo dissoluto in aqua Melissæ fiat confectio in rotulis pondere ʒ. j. Ad prouocationem vrinæ vt etiam viæ illæ & venæ expurgentur accipiat interdum hunc syrupum mane quatuor horis ante prædium.

R. Syrupi de quinq; radicibus } añ. vnc. j.  
Mellis rosati }

Decocti radicum cichorei

Fœniculi

Petroselini

Asparagorū. q. s. facti in aqua Endiuia.

**E** Misce, vtatur etiam interdum frictionibus brachiorum & pedum. Super omnia vero cum corpus sit euacuatum, omnino laudo vt duo cauteria fiant in utroq; crure loco consueto, & ea diu teneat aperta, ac eo tempore crura ambulando exercent.

*Pro tinnitu aurium. ad Consilium XI.*

**V**tatur cibus boni nutrimenti, vino mediocri nec potenti nimis, nec aquoso admodum, fugiat vina nigra crassiora & dulcia, cibos etiā grossos, lacticia caseum, legumina, pisces, omnia fricta, salatas crudas, fructus post cibum maximè, nec ante cibum ijs multum vtatur, vitet fastidia & cōuersationem mulierum, quæ venenum est in ea infirmitate huius præsertim ætatis maturæ, cui nihil est coitu pernitiosius. Cum isto regimine, bis in septimana masticabit rhabarbar. manè magnitudine vnus fabæ grandis, tribus horis ante prandium, & bene masticatum deglutiat, confortabit id caput vetriculum & epar & omnia membra. Hæc si obseruabit diligenter viuet sanus nec opus habebit alijs remedijs, cum præcipuè homo sit optimè cōplexionis. Pro locali remedio, quod causam tinnitus aurium resoluit. Accipiat animalcula illa quæ in cellis vinijs & sub aquarijs vasis inueniuntur Aselli vel Milipedæ, dicta, & sumantur, eorum numero circa triginta vel quadraginta, & lauentur, deinde bulliant in vnc. ij. olei amygdalarum amararum, & vnc. iij. aceti optimi, vsque ad consumptionem acetii, deinde facta diligenti expressione & colatura, seruetur oleum hoc ad vsum in ampulla vitrea bene obturata, vesperi guttam vnam & alteram tepidè auri instillet, deinde bombacem moschum redolentem auri imponat.

*Pro catarrho diuturno pro nobili Patauino, ex Italico latinum factum. ad Consilium XV.*

Obser.